Inquisitionis in bonis litigiosis quis eorum bonorum fuit possessor, et utrum Actor ex eisdem bonis est expulsus nec ne pro feria dedit et concessit. Post peractum vero vel non eiusmodi negocium In sequentibus Querellarum Terminis partibus praenominatis utrisq ad ulterius secum iuridice procedendi et id quod iuris erit decernendi paratum et peremptorium Terminum praefixit et consignavit.

Successorum olim G. Zarzecki Motio

Proposuit Judto infrascripta pars Actorea contra infranominatam citatam ex citatione literali terrae verborum eiusmodi. Franciscus Joannes in Ktorzew Desnowolski Bran. scensis etc Capitaneus. Tibi Nobili Cristinae filiae Nobilis Joannis Markowski conthoralicae olim Nobilis Georgij Zarzecki Dominae reformatoriae in bonis Jablonia Zarzeckie et bonorum a praedicto olim marito habitorum Innotescimus secundo Nobiles Catharinam filiam olim Gasparis Zarzecki sororem Germanam olim Nobilis Georgij Zarzecki non ita pridem defuncti conthoralem vero Germani Nobilis Cypriani Wyszynski nec non Dorotheam Zarzecka eiusdem relictam olim Nobilis Joannis Domanowski, atq Marinam Zarzecka conthoralem Nobilis Michaelis Brzezinski et praedicti Gasparis Zarzecki filias sorores vero et praedicti Georgij Zarzecki coram officio graviter querellam deposuisse ideo Quia tu non vis minimeq curas divisionem iustam et competentem omnium bonorum mobilium et immobilium post praedictum olim Georgium Zarzecki derelictorum Actores iure naturali concernentium, te vero iure Dotaliciali spectantium in aedificijs, pecoribus peculibusq auro argento ahenis stannis semina hiemali triturato et intriturato totaq supellectili domestica areis campis sylvis et generaliter omnibus utilitatibus in bonis Jablonia Ecclesiastica Zarzeckie Dom braca zgnita Trzeskie Ryłkacze Biskupy et eius proprioribus locis sitis et iacentibus facere. Quare vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut in Terminis Querellarum seu Causarum officij in Curia Regia Branscensi feria

secunda a positione praesentis citationis proxime celebrari praetractatis peremptorie comparere. Ad instantiam praefatarum Actricum quod te cum ipsa maritorum suorum citant pro decernenda eadem divisione ac decernendo Vadio Capitaneali Centum Viginti Marcarum grossorum polonicalium deputando Officio et ulterius contra te procedendo. Judicio sis responsurus. Datum in Curia Regia Branocensi Sabbatho post Dominicam Conductus Paschae proxime Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Et post Propositionem suam modo praemissorum factam Actorea pars deducto parti citatae legitimo de Termino petijt citatam ad procedendum compelli. Pars vero citata audita declaratione sua allegavit et Officio praesenti deduxit forum coram officio praesenti non habere in causa hac primum quod documentis autenticis deducitur esse fratrem et mariti sui qui una cum et marito non praesentem citabat Ratione subditi communis et eundem Actrices non possunt non praesentem esse fratris extra chum. Deinde quia non sunt secum in pari successione exinde petijt se a foro praesenti et incompetenti tractu liberam effici ceteris defensis hic et in omni Judicio salvis sibi praecustoditis. Ex adverso pars Actorea eiusmodi controversias in scriptis porrexit. Pars Actorea omni iure suo coram quovis Judicio reservato et praecustodito eiusmodi verbis dixit Quoniam causa est divisionis omnium bonorum specificatorum citatione Itaque Judicij Castrensi competit quam causam idem Judex indicaturus est. Exindeque forum adinveniri actionemque competentem esse adiudicari a Judicio praesenti petijt et citatam ad iuridicam responsionem adstringi expostulavit omnibus iuris defensis reservatis et de iure reservandis Et Officium praesens Castrense Capitaneale Branocense controversijs partium utrarumque Actorea per se, parte citata vero per Nobilem Andream Anzelmum Szablowski exauditis et debite intellectis ex incompetentia Actricum quoniam Nobilem Joannem fratrem suum non producant e iuris sublatum esse citatam forum non habere censuit et ad praesens ab eodem liberum pronunciavit. A quo Decreto Actorea pars ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis

appellavit cui Appellationem officium hoc idem admisit. Terminumque prosequendae et con.
tinuandae eiusmodi Appellationis in illis Judicijs Tribunalicijs Regni Lublinen.
dum causa praesens ex Regestro causarum Palatinatus Podlachiae Districtus
Branscensis pro celebrandis ad iudicandis incident parti utrique paratum et peremptorium
constituit. # Plenipotentem in scriptis.

Bruszewski Motio.

In causa et Actione Judiciali vertente Inter Nobilem Stanislaum olim Laurentij Bruszewski
Actorem. Et Nobilem Franciscum olim Laurentij Czaikowski secundo post obtentam poenam
Contumaciae citatum ideo. Quia ipse non vult neque curat Honestum Martinum dictum Mlynarz
famulum et subditum Actoris ab annis multis famulantem ab Actore profugum et per ipsum
sine literis testimonialibus susceptum apud eum officiose productum et per ministerialem ac Nobiles du.
os arestatum reddere et extradere per quam non extraditionem poenam Centum Marcarum polon.
Constitutionibus Regni descriptam succubuit pro qua super ipso et bonis eius decernendo una cum
extraditione praefati famuli sive subditi citatoris. citatione ipsa praemissa in se copiosius enarran
te. Hodierno in Termino ex eadem citatione ad praesens legitime incidente et deveniente Officium praesens Castrense
Capitaneale Branscense controversijs partium utrarumque Actoris per ministerialem Casimirum Kniszewski ci.
tatis vero per se praesentis Judicialiter factis exauditis et intellectis posse ipsum Kniszewski sine Pleni.
potentia ab Actore inscripta non admittere censuit et partibus causam prosequi mandavit. In prosecu.
tione vero causae foro causae huius coram Officio suo admisso procedere mandavit nec Appel.
lationem ab eiusmodi Decreto ad Tribunal Regni per partem citatam interpositam uti ad legem
expressam admisit. Tandem quoniam citatus famulum conventum Judicialiter ad iustificandum
statuit ideo ipsum citatum a causa praesenti liberum fecit et pronunciavit et contra statutum pro.
positionem dirigere mandavit. Qui quidem statutus in vim iustificationis suae allegavit
se licet iam pridem famulasse sed determinatis servitijs circa molendinum uti artifex mer
cenarius peractis libere discessisse ampliusque ipsum serviendi non submisisse volendo id et
Juramento insuper abundanti evadere alijs defensis salvis sibi praecustoditis. Ex ad
verso Actoris Plenipotens allegavit ipsum non pro artifice mercenario sed pro molen.
dinatore ab Actore circa molendinum suum locatum esse, gazam et substantiam certam